



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

23. Octobris. 10. Cal. Novemb.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

um, qui vel semel à delicijs cæli separaretur; quàm ergo miser sum ego, qui illas ne à longè quidem gustare ob peccata mea mereor? Fac me saltem eas per spem & desiderij prægustum sentire.

S. BERNARDUS, ser. 48. in Cant.

In umbra
Christi
vivendum

Nos verò, qui nondum in paradysum, nondum in cælum rapi meruimus, Christi interim carne pascamur, mysteria veneremur, exempla sectemur, fidem servemus; & vivimus profecto in umbra.



23. Octobris. 10. Cal. Novemb.

Floruit
circa
annum
1219.

Christum
sub varia
forma
videt.

B. RICHMUNDA, Monasterii S. Waldburgis Monialis: quæ cum omnem amorem, præter solius Sponsi cœlestis, è corde tuo exclusisses, ille vicissim ut amorem accenderet dulcibus tibi exhibuit spectacula; jam aperiens scenam, qua ipsum cernebas recens natum; aliàs in manibus Sacerdotis eum offerentis, pro pane lucidam Crystallum oculis tuis objiciens. Porro intrâ præcordia tua receptus, quamdiu integræ manebant panis species, te supra mortalem sortem elevabat, sensibus omnino emortuis: qui denique

cum


cum sacratissimum hunc cibum pro
viatico sumeres, unâ cum anima in
coelum evolârunt. *Impetra mihi à Di-
lecto tuo, ut accessurus ad mensam divi-
nam, non alio affectu movear, quàm puro
amore, quo cupiam illi in eminentissimo
hoc mysterio nunc temporaliter, ac deniq;
aeternùm intimè conjungi.*

B. GUNZELINE Monache Cla-^{Floru it}
ravallis; qui postquam suave Domini ^{circa}
jugum per annos quadraginta in om- ^{annum}
ni vitæ tam puritate quàm austeritate ^{171.}
portavisses, nec tamen ullius te meriti
hominem, ac cælesti indignum felici-
tate reputares: Christus Servator, re- ^{Christo}
centibus plagis cruentus, & Cruci suf- ^{illum}
fixus videndum se obtulit, docuitque, ^{conso-}
quibus meritis salutem sperare te o- ^{latur.}
porteat. Adeò penetravit animæ tuæ
viscera hic dulcis aspectus, ut illum ti-
bi memoria usque ad felicem consum-
mationem vivaci identidem imagine
repræsentaret. *Summa, & certissima sa-
luti fiducia reponitur in immenso merito-
rum thesauro, qui ex amaro Passionis Do-
minicæ mari scaturire nunquam cessabit.
Tu fac, ut per veram pœnitentiam parii-
cipatione illius me dignum reddam.*

S. BERNARDUS, c. 3. de dil. Deo.

*Duo hæc audi, quia potestas Dei est,
& tibi*

Christus & tibi Domine misericordiam. [ps. 61.]
 suam in Siquid in utriusque rei testimonia cre-
 nos bo- dabilia facta sunt nimis: Christo utique
 nitatem fecit moriente propter delicta nostra, & re-
 mani- surgente propter justificationem no-
 festam. stram: & ascendente ad protectionem
 nostram: & mittenti Spiritum ad con-
 solationem nostram: & quandoque re-
 dituro ad consummationem nostram.



24. Octobris. 9. Cal. Novemb.

Floruit BERNARDE Monache Grandis-
 circa B. Sylva: qui cum à tyronum instru-
 annum ctore audires, quam arcta sit ad caelos
 1167. via de tam multiplici regularum ob-
 servatione desperans, ad laxiorem se-
 culi viam, utique etiam ibi apertam,
 redire decreveras. Sed cum aeternae sa-
 lutis vadem sese offerret pius Abbas,
 resumpto animo promptè secutus es
 Obedientiae sacrae ducatum. Perseve-
 rante tamen illo metu, quam poteras
 infimos gradus precurrens, infirmo-
 rum famulatu te totum addixisti.
 Ingruente praesertim contagione con-
 temnens praesentissima mortis pericu-
 la, nihil omisisti, quin charitatis inde-
 fessae diligentiam omnes sentirent. Ip-
 se deni-